PROPOSITIONES PHILOSOPHICÆ,

QVAS PRÆSIDE M. ALBERTO HVNGERO, NATVRALIS SCIENTIÆ

Profeſſore ordinario, in publica diſputatione defendent eruditi ac honeſti Iuuenes, Martinus Dorner libera-
lium artium Baccalaureus, & Fridericus Martinus earundem ſtudioſus.

100

LOGICÆ.

I. SVbiectum proprium Logicæ non eſt argumentatio, vel Syllogiſmus: ſed ens rationis, ut in-
ſtrumentum aptũ ad dirigendas intellectus noſtri operationes, ac benè procedendũ in ſcientijs.

II. Quo fit, ut Logica neq; ſit ſcientia Practica neq; Speculatiua, ante omnes autem ſcientias
neceſſariò veniat addiſcenda.

III. Facultatis huius præcipua inſtrumenta tria ſunt, Demonſtratio, Definitio, & Methodus.

IIII. Definitio verò etſi ab Ariſtotele in poſterioribus Analyticis poſt Demonſtrationem explicetur, eam
tamen dignitate atq; præſtantia longè antecedit.

NATVRALES.

V. VT res naturales penè innumerabilibus commutationum legibus teneri, multisq; vitijs ac erroribus
obnoxias eſſe fatemur: ita negamus ob id certa ac ſtabili ſcientia eas compræhendi non poſſe.

VI. Ac cũ ſcientiarũ duo ſint genera, alterũ Practicum, alterũ Speculatiuum, hanc de rebus naturalibus ſci-
entiam in poſteriori genere ponimus: opinamurq; eam et ſecundũ nos et ſecundũ naturam diſciplinis Ma-
thematicis, ſed Metaphyſica ſaltem ſecundũ naturam poſteriorẽ eſſe. (notæ Peripateticis ſtatuimus.

VII. Eius ſubiectum diuerſi diuerſum faciunt. Nos corpus mobile cum Alberto Magno, alijsq; non infimæ

VIII. Generationis tantum tria ſunt principia, nempe Materia, Forma & Priuatio: rei verò genitæ ſaltem

IX. Qua in re non Platonem ſed Ariſtotelem ſequimur. Plato enim tametſi (duo, Materia & Forma.
priuationem minime ignorauit, hanc tamen è numero principiorũ generationis apertè videtur reieciſſe.

X. Cœlum eſt ſubſtantia ſimplex, adeoq; omnis concretionis, quæ eſt ex materia & forma, expers.

XI. Cum cœleſtium orbium nobilitas à varijs ex varijs rationibus deſumatur, nos eorum ſententiam, qui
ipſam penes ordinem ac ſitum eorũ attendunt, & veritati & Ariſtoteli maximè conſentaneam cenſemus.

XII. Elementa quatuor ſunt, quorum formæ ſubſtantiales non ſunt qualitates actiuæ vel motiuæ, contrà
quàm nonnulli alioquin haud vulgariter docti exiſtimârunt.

XIII. Deceptus eſt Alexander Aphrodiſæus, qui ex verbis illis Ariſtotelis, ſi intelligere eſt imaginatio aut
non ſine imaginatione, intellectus non eſt ſeparabilis, collegit animam rationalem apud Ariſtotelem inſe-

XIIII. Reſpiratio partim à Pulmone partim à Diaphragmate efficitur, (parabilem, atq; mortalem eſſe.
eſtq; motus partim naturalis partim voluntarius.

METAPHYSICÆ.

XV. GRauis controuerſia eſt inter Metaphyſicos, an accidens vnitatem & diſtinctionẽ numeralem neceſ-
ſariò ſumat à ſubiecto in quo ineſt: nos partem negantem ut veriorem & Peripateticæ doctrinæ ma-

XVI. Accidentis inhærentia, ſiue pro actu inhærendi, ſiue pro aptitudi- (gis conſentientem tuebimur.
ne ad inhærendum ſumatur, quidditatem ac eſſentiam ipſius minimè attingit.

ETHICÆ.

XVII. ETſi cum Ariſtotele communis ſententia fortitudinem & temperantiam in appetitu ſenſitiuo tanq̃ in
ſubiecto collocet: nos tamen eorum opinionem qui eas in voluntate collocandas putant, ut maximè

XVIII Virtutes morales ita inter ſe connexas eſſe, ut qui vnam habet, alias (probabilem defendemus.
quoq; habeat, neq; omninò verum, neq; omninò falſum eſſe iudicamus.

DISPVTABVNTVR XII. IVLII, ANNO M. D. LXVII.

Ingolſtadij excudebant Alexander & Samuel Vueiſſenbornij fratres.

100
A.1567